

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1230

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](#)

218. Gunther von Landsberg und seine Gemahlin Beligina beurkunden, daß letztere ihre zu Mittel-Hausbergen gelegene Besitzungen gegen ein Stiftslehen des Straßburger Domscholasticus Ulrich in Meistratzheim eingetauscht habe. 1230.

Guntherus de Landespere et domina Beligina uxor ipsius omnibus hanc paginam inspecturis salutem in perpetuum. noverint universi presentes et futuri, quod 5 ego Beligina de Landespere hereditatem et possessiones meas apud Huspergen, quod medium nuncupatur, sitas cum domino Ulrico scolastico Argentinensi pro possessionibus et feodo suo claustrali in Meistersheim, in quo bone memorie R. de Grifenstein canonico Argentinensi successit, auctoritate predicti mariti mei Guntheri permutavi et per manum ejusdem mariti hereditatem et possessiones jam dictas 10 nomine meo et heredum meorum presentium et futurorum eidem scolastico et capitulo Argentinensi dedi, tradidi cum omni jure et pertinentiis earundem universis. hanc itaque donationem et permutationem litteris presentibus me fecisse confiteor et protestor, warandam super hiis debitam, sicut juris est, promittens eisdem. et ut premissa perpetuam obtineant firmitatem, sigillis domini nostri Bertholdi Argentiniensis episcopi et capituli prefati necnon mariti sepe dicti, cum proprium sigillum non habeam, sollempniter ea communivi. acta sunt hec anno domini 1230, presentibus hiis F[ridericu] cantore, A[rnoldu] camerario, H[ermannu] de Erenberch portario, L[udivicu] de Huneburch, F[ridericu] de Hagenowe canonicis Argentinensibus et G[otfrido] canonico sancti Petri Argentinensis, archipresbitero de Igmarschein, 20 E[gelofu] de Mundingen, A[lbertu] Begerone albo et aliis quam pluribus.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2705 or. mb. e. sig. pend. Nur das Siegel des Landsbergers ist erhalten.*

*Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Grandidier Oeuvr. inéd. III, 320 nr. 317.*

219. Bischof Berthold von Straßburg gestattet dem St. Thomascapitel daselbst, 25 die Einkünfte vacant gewordener Präbenden drei Jahre hindurch zu gemeinem Nutzen zu verwenden. 1230.

In nomine sancte et individue trinitatis. ego Bertholdus dei gracia Argentinensis episcopus. cum ex injuncto nobis officio teneamus omnium ecclesiarum nostre sollicitudini commissarum et precipue conventionalium utilitati et necessitatibus omni 30 diligencia providere, ecclesie sancti Thome et fratum inibi deo serviencium defectibus condolentes, ut divinum ibi possit obsequium ampliari, paterna pietate remedium aliquod<sup>a</sup> decrevimus adhibere. concedimus ergo eis jure perpetuo et pia deliberatione statuimus, ut, cum prebendas vacare contigerit in eadem ecclesia, preter annum gratie, qui post mortem singulis fratribus indulgetur, duobus annis etiam sequentibus 35 fructus plenarie percipient earundem prebendarum, quorum medietatem ad culturam agrorum seu vinearum vel in alias usus ecclesie, reliquam vero ad sumptus refectorii convertant. ut autem hec salubris indulgencia memorato capitulo de consensu prepositi sui a nobis facta perpetuo rata et inconvulsa permaneat nec aliquis succes-

a) *T aliquot.*

sorum prepositi ausu temerario, quod nos pie statuimus, infringere presumat, sed certissime sciat, se teneri capitulo ad plenam ministrationem sic vacantium prebendarum, presentem paginam super hoc conscriptam sigilli nostri munimine duximus roborandam. acta sunt hec anno domini 1230, presentibus Ulrico scolastico majoris ecclesie, Gottefrido canonico sancti Petri, Ulrico de Buwenbure canonico in Haselha, Dietwino et Henrico canonicis in Surbure, Walthero plebano de Rotsheim capellano nostro, Johanne milite filio Herbonis judicis, Hugone Ripelino tunc temporis magistro civium, Herbone juniore et aliis quam pluribus.

T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 2 (statuts) or. mb. c. sig. pend.

10 Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 306 nr. 25.

*220. Bischof Berthold von Straßburg gestattet dem Convent des Frauenklosters St. Marx daselbst, sich an einem geschützteren Orte der städtischen Almende anzusiedeln. 1230.*

Bertoldus divina miseratione Argentinensis episcopus omnibus hanc paginam inspecturis salutem in perpetuum. cum omnium ecclesiarum nostre diocesis ordinatio ad nostram principaliter provisionem spectare noscatur, nos, quantum deo auxiliante poterimus, paci et tranquillitati intendere cupimus singularum. hinc est quod, cum cenobium sancti Marci Argentinense in strata publica situm hactenus, sicut liquet omnibus, extiterit adeo, quod transitus communis ibi pateret universis et nichilominus hostiles formidaret incursum ibidem, que quamvis omnia tamen etiam singula sexui muliebri contradictant, omnino conventui predicto se ad locum, in quo nunc situs exstat, magis scilicet tutum eidem et observatione regulari plus ydoneum liberam transferendi dedimus facultatem. et eundem locum, qui vulgo almeinda<sup>a</sup> nuncupatur, magistri civium cum tocius civitatis consilio et aliis civibus multis honestis et majoribus consensu et auctoritate nostra liberaliter contulerunt eidem<sup>1</sup>, unde nos locum ipsum cum omnibus suis pertinentiis sub beatorum apostolorum Petri et Pauli et sedis apostolice ac nostra speciali receperimus protectione. nulli ergo hominum huic nostre translationi et donationi predice liceat ausu temerario contraire. quod si quis attemptaverit, indignationem dei ac beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostram se noverit incursum. testes autem, qui interfuerunt huic facto, sunt hii: de conventu majoris ecclesie dominus Ulricus<sup>b</sup> scolasticus, dominus Hermannus de Erenberc<sup>c</sup> portarius, Heinricus sancti Thome decanus; de fratribus predicatorum<sup>d</sup> frater Volcandus<sup>e</sup> prior, Petrus subprior, frater Waltherus et alii quam

35 a) H t almenda. b) H t om. c) H t om. de Erenberc. d) H t predicatoribus. e) H t Volke-  
nandus.

<sup>1</sup> Das bisher in der Nähe von St. Arbogast befindliche Kloster (cfr. nr. 197) wurde nun in die Metzgerau verlegt. Königshofen hat eine damit übereinstimmende Notiz: und mit des bischoves wille buweten sü sant Marx closter und koment dohin noch gotz gebürte 1230. (D. St-Chron. IX, 746.)